



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

Gretser, Jacob

[München], 1613

Epistola Gregorij III. Pontificis ad Carolum Martellum. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](#)



EPISTOLÆ
SVMMORVM PON-
TIFICVM AD PRIN-
CIPES ET REGES
FRANCORVM.

Epistola Gregorij III. Pontificis ad
Carolum Martellum.*

I.

DO MN O excellentissimo filio Carolo Subre-
gulo. Gregorius Papa. Nimia fluctuamur
tribulatione & lacrymæ die noctuq; ab o-
culis nostris non deficiunt, quando conspi-
cimus cotidie, & vndiq; Ecclesiam sanctam Dei à suis,
in quibus spes erat vindicandi, destitui filiis. Propte-
rea coartati dolore in gemitu & luctu consistimus,
dum cernimus id, quod modicum remanserat, præ-
terito anno, pro subsidio & alimento pauperum Chri-
sti, seu luminariorum concinnatione, in partibus Ra-
uennatium, nunc gladio & igni cuncta cōsumi à Lu-
ithprando & Hilprando Regibus Langobardorum.:
sed in istis partibus Romanis mittentes * plura exer-
cita similia nobis fecerunt & faciunt, & omnes* salas

* In iis pō-
tificatum
Anno Chri-
sti 731.
Mortuus
141.
Exstatua-
pud Baron.
Tom 9.
Anno 740.
N. 20. E.
Cent. 8.
Magdeb.
cap. 10.

* plures ex-
ercitus.
* B. Scalas,

C 3 sancti

sanc*ti Petri* destruxerunt, & peculia, quæ remanserat,
abstulerunt, & nulla nobis apud te, excellentissime fili,
refugium facientibus peruenit haec tenus consolatio;
sed ut conspicimus, dum indultum à vobis eisdem Re-
gibus est motiones faciendi, quia eorum falsa suggestio
plusquam nostra veritas apud vos recepta est; & time-
mus, ne tibi respiciat ad peccatum; quando nunc, vbi
resident ipsi Reges, ad exprostrationem nostram ita
proferunt verba dicentes: *Adueniat Carolus, apud quem*
refugiam fecisti, & exercita Francorum, & si valent, adiu-
uent vos, & eruant de manu nostra.

* *Exercitus* O quam insanabilis dolor pro his exprostrationi-
bus in nostro retinetur pectori, dum tales ac tanti filij,
suam spiritualem matrem, sanctam Dei Ecclesiā, eius-
que populum peculiarem, non conantur defendere;
potens est, carissime fili, ipse princeps Apostolorū, ob-
à domino sibi concessā potestatem, defendere domū,
& populū peculiarem, atque de inimicis dare vindictā,
sed fidelium filiorū mentes probat. Nō credas, fili, fal-
sidicis suggestionibus ac suasionibus eorundē Regum.
Omnia enim falso tibi suggerunt, scribentes circum-
ventiones, quia quasi aliquam culpam commissam habe-
ant eorū duces, id est, Spoletinus & Beneventanus.
Sed omnia mendacia sunt. Non enim pro alio, (satis-
faciat tibi veritas, fili) eosdem Duces persequuntur
capitulo, nisi pro eo, quia noluerunt, præterito anno, de
suis partibus, super nos irruere; &, sicut illi fecerunt,
res sanctorum Apostolorum destruere, & peculiarem
populū depradare, ita dicentes ipsi duces, quia contra
Ecclesiam sanctā Dei, eiusque populū peculiarem non
exercitamus: quoniā & pactum cum eis habemus, &
ex ipsa Ecclesia fidē accepimus; ideoque mucro eorum
defæ-

deseruit contra eos. Nam ipsi predicti duces parati fuerunt, & sunt, secundum antiquam consuetudinem eis obedire; sed illi retinentes iram pro eo, q[ui] superius diximus, per exquisitam occasionem, volentes illos, & nos destruere & inuadere; ideo utrosq[ue] persequentes vestrae bonitati suggerunt falsa, vt & duces illos nobilissimos degradent, & suos ibidem prauos ordinent duces, & multo amplius cotidiè & ex omni parte Dei Ecclesiæ expugnant, & res B. Petri principis Apostolorum dissipent, atq[ue] populum peculiarem captiuent.

Tamen vt rei veritas vobis* declaretur, Christianissime fili, iubeas, post ipsorum Regum ad propriam reuersionem, tuum fidelissimum Missum, qui nō à præmiis corrumpatur, dirigere, vt propriis oculis persecutionem nostram, & Dei Ecclesiæ humiliationem, & eius rerum desolationem, & peregrinorum lacrymas * con-
spiciat, & tuæ bonitati omnia pandat. Sed hortamur * B. confisi-
bonitatē tuam corā domino, & eiū terribili iudicio, ciesur, &
Christianissime fili, vt propter dominum & animæ tue deuo-
tuæ salutem, subuenias Ecclesiæ S. Petri, & eius pecu-
liari populo, eosdemq[ue] Reges sub nimia celeritate re-
futes, & à nobis repellas, & iubeas eos ad propria re-
uerti, Nō despicias depreciationem meam, neq[ue] clau-
das aures tuas à postulatione mea; sic non tibi ipse
princeps Apostolorum claudat cœlestia regna.

Coniuro te * in dominū viuum & verū, & ipsas sa- * B. per De-
craiissimas claves Confessionis B. Petri, quas vobis ad um.
Regū dimisimus, vt nō proponas amicitiā Regū Lā-
gobardorū amori principis Apostolorū, sed velocius
& sub nimia festinatione sentiamus, post Deum, tuam
consolationem, ad nostrā defensionē, vt in omnib[us] gen-
tib[us] declaretur vestra fides, & bonū nomē: quatenus &
nos

nos cum Propheta mereamur dicere. Exaudiat te Do-
minus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob. Ha-
Psal. 19. *rum autem litterarum portitor, * Anchard vester fi-*
* B. Ant. *bardus, & delis, quod oculis suis vidit, & nos ei iniunximus, om-*
in marg. *nia tuæ benignæ excellentiæ viua voce enarrabit.* Anchardus *Et*
petimus bonitatem tuam coram Deo teste & iudice,
ut nimis festinanter nostros lenias dolores, & lætabun-
da nobis celeriter mittes nuncia, ut læti effecti animo,
die noctuq; pro te tuisq; fidelibus, coram sacris san-
ctorum Principum Apostolorum Petri & Pauli Con-
fessionibus domino fundamus preces.

*Item Epistola Gregorij secunda ad Carolum
missa similiter pro defensione san-
cta Ecclesie.*

II.

*Exstat Cet.
8. Magdeb.
cap. 10.*

DO M N O excellentissimo filio Carolo Subre-
gulo Gregorius Papa. Ob nimium dolorem,
cordis & lacrymas, iterata vice tuæ excellen-
tiæ necessarium duximus scribendum, confidentes te
esse amatorem filium beati Petri principis Apostolo-
rum, & nostrum; & quæd pro eius reverentia; nostris
obedias mandatis, ad defendendam Ecclesiam Dei, &
peculiarem populum, qui iam persecutionem & op-
pressionem gentis Langobardorum sufferre non pos-
sumus. Omnia enim luminaria ad ipsius principis
Apostolorum, & quæ à vestris parentibus, & à vobis
* oblatas. * offerta sunt, ipsi abstulerunt, & quoniam ad te, post
dominum, confugium fecimus, propterea nos ipsi
Langobardi in opprobrium habent, & opprimunt.

Vnde